

11

# ARCHIVO

DE LA

EXCMA. DIPUTACIÓN PROVINCIAL

SEVILLA

SECCIÓN HISTÓRICA

Legajo .....

Número .....

+

N 1º

Testimonio dado por D.<sup>n</sup> Pablo Antonio Bravo y  
Alvarez Notario Apostolico con fecha de 16. de  
Setiembre de 1731. de la Bula que en el de  
1502. fue despachada por su Santidad concedi-  
endo su licencia a la S.<sup>a</sup> D.<sup>a</sup> Catalina de  
Rivera para edificar un Hospital en la Colla-  
cion de Santa Catalina de esta Ciudad y  
aceptacion del Patronato por los R.<sup>os</sup> P.<sup>os</sup> Padres Rio-  
rei de los Monasterios de San Geronimo, S.<sup>a</sup>  
Maria de las Cuevas y San Pedro del  
Campo.

17

Dear Mother  
 I received your kind letter  
 and was glad to hear from  
 you. I am well and hope  
 these few lines will find  
 you the same. I have not  
 much news to write at  
 present. I am still in  
 the same place. I hope  
 to hear from you soon.  
 Give my love to all the  
 family. I am, dear Mother,  
 ever your affectionate son,  
 John Smith

In Dei nomine amen. Sepan quantos este publico instrumento vieren, como en miercoles veinte e dos dias de el Mes de Junio, año del Nacimiento del Nro. Salvador Jesu Christo de mill e quinientos e dos años, en este día sobre dicho á hora de prima estando dentro en el Monesterio de San Geronimo extramuros dela muy noble e muy leal Ciudad de Sevilla, e estando ende el Muy A. do in Christo Padre y Señor D. n. frey Reginaldo Romero por la gracia de Dios, e de la Santa Iglesia de Roma Obispo de Tiberia en nombre como Procurador quese mostro ser dela muy magnifica Señora D. Catalina de Libera Muger que fue del muy magnifico Señor D. Pero Enriquez Adelantado del Andalucía que aya Santa gloria, e vecina dela dicha Ciudad en la Collacion de San Esteban, e por virtud del poder que la dicha Señora dió, e otorgó al dicho Señor Obispo para lo de jusso escripta antemi el Notario publico de jusso escripto por sí dela una parte, e dela otra el A. do e v. Padres el Prior, e Consento del dicho Monesterio, estando aiuntados, e llamados para lo de jusso escripto por son de campana segun que lo han de esso, e de costumbre: conbiene á saber frey Martin de Sevilla Prior, e frey Joan de San Marcos vicario, e frey Gonzalo de Cazalla, e frey Agustin, e frey Joan de Fercia, e frey Alfonso del Algaba, e frey Diego de Jofra, e frey Pedro de Almagro, e frey Christoval de Cordora, e frey fran. co de Sevilla, e frey Constante, e frey Bartholome de Sevilla, e frey Garcia de San Miguel, e frey fran. co de Albuquerque, e frey Joan de Sevilla, e frey Gonzalo de Cordora, e frey Joan de San Geronimo, e frey Diego de Badajoz, e frey Diego de Salamanca, e frey Pedro de Lora, e frey Garcia de Albuquerque, e frey Vasco, todos frayles professos del dicho Monest, en presencia de mi el Notario publico apostolico, e delas testigos de jusso escriptos para ello llamados, y especialmente rogados, luego el dicho Señor Obispo en el dicho nombre presentó, intimó, e notificó alas dhas Prior

4  
E Comento una Bulla Apostolica de Nro. M. Santo Padre Alexan-  
dro Sexto moderno concedida a la dicha Señora D.<sup>a</sup> Catalina de Ri-  
bera para hacer, e edificar un hospital en la Collacion de Santa Cata-  
lina dela dicha Ciudad de Sevilla, escripta en pergamino, y en lengua  
latina, y bullada con la verdadera Bulla de plomo del dicho Nro. M. S.  
Padre pendiente en filos de seda colores, verdadera, sana, entera, no  
rota, ni Cancellada mas de todo dicio y sospecha careciente segun por  
la dicha Bulla parecia, el thenor dela qual es este que se sigue. —

Alexander Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.  
Illius, qui in altis habitat, et humilia respicit, dices meritis quamquam  
inparibus gerentes in terris, ad pauperes, et alias miserabiles personas nos-  
trae considerationis frequenter dirigimus intuitum, et votis illis, quae illorum  
subventionem, hospitaliumque, in quibus pauperes Christi charitative recipi,  
et tractari possint, et aliorum piorum locorum augmentum, et directionem  
ac salubre regimen, necnon divini cultus augmentum, et animarum salu-  
tem respiciunt, libenter annuimus, eaque quantum cum Deo possumus fide-  
ribus prosequimur opportunis. Sane pro parte dilectae in Christo filiae no-  
bilis Mulieris Catherinae de Ribera relictae quondam Petri Enrriquez  
Presidis Adelantadi nuncupati del Andaluçia domicella in Civitate  
Hispalensi commorantis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod  
ipsa Catherina feriore devotionis accenssa, cupiensque terrena in coeles-  
tia, et transitoria in aeterna felici commercio commutare, desiderabat, in  
Civitate Hispalensi, ad quam ex diversis mundi partibus magna in dies  
fidelium confluit multitudo, de bonis sibi a Deo collatis, unum hospitale  
pauperum construi, et edificari facere, illudque competenter dotare. Qua-  
re pro parte eiusdem Catherinae nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi  
in aliquo loco ad id condecente, et idoneo infra limites Parrochia Colla-  
tionis nuncupatae Parrochialis Ecclessiae Sanctae Catherinae Hispalensis  
unum hospitale pauperum sub invocatione quinque vulnerum Domini  
nostri, Jesu Christi, in quo Christi pauperes, et aliae miserabiles perso-  
nae huiusmodi benignè recipi, et charitative tractari, infirmæque curari  
valeant, usque in eorum necessitatibus subveniri possit cum una capella  
sub invocatione huiusmodi, ac campanilli humilis, campana, et cimiterio

in quo infirmorum, et aliarum miserabilium personarum in eodem hospitali pro tempore decedentium, illiusque officialium, et Servitorum corpora sepeliri possint, et alijs officinis necessarijs construi, et edificari faciendi licentiam concedere, nec non in dicta Capella etiam cappellaniam pro uno Cappellano, qui inibi per se, vel alium idoneum Presbiterum singulis diebus etiam Missam celebrare teneatur, erigere, illique sic erecto, ac dicto hospitali pro eorum dote omnia, et singula fructus, redditus, proventus, et alia bona ad id per ipsam Catherinam concedenda, et assignanda perpetuo applicare, et appropriare, et quod in Capella, et hospitali huiusmodi singulis annis in die Dominica Pasche Resurrectionis eiusdem Domini Nostri Iesu Christi immediate sequente, que in Albis dicitur, festum quinque vulnerum huiusmodi etiam solemniter celebrari possit, et debeat. Nec non quod Monasterij Sancti Ieronimi per Priorem soliti gubernari, et Domus Beate Mariae delas Cuebas extramuros Hispalenses fratrum eiusdem Sancti Ieronimi Cartusiensis Ordinis Priores pro tempore existentes, ac unus Canonicus Ecclesie Hispalensis, vel aliqua alia illius persona in ecclesiastica dignitate constituta, qui, vel que ad id per dilectos filios Capitulum dictae Ecclesie Hispalensis annualim eligatur, seu deputetur, hospitalis, et Cappelle predictorum Patroni esse, illorumque bona, et personas regere et gubernare, illaque, et illas ac Cappellaniam ipsam pro tempore obtinentes, visitare, et corrigere, necnon tam Cappellanum in dicta Capella, quam quoscumque officiales, et Servitores dicti hospitalis ad eorum nutum deputare ponere, et amoveri possint, statuere, et ordinare, alias que in promissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui ex paterna charitatis officio pia charitatis opera, et animarum salutem, ac divini cultus augmentum nostris potissime temporibus libenter procuramus: prefatam Catherinam a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, vel penis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutam fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, prefate Catherina in aliquo loco ad id commodo, et decente infra limites dictae Parrochie unum hospitalis pauperum sub invocatione quinque vulnerum huiusmodi, in quo pauperes, et alia miserabiles persone benignè recipi, et charitative

tractari, infirmique curari valeant, eiusque in eorum necessitatibus subveni-  
ri possit, cum una Cappella sub invocatione predicta, ac campanilli humi-  
li, campana, & cimiterio, in quo infirmorum, & aliarum personarum  
in eodem hospitali pro tempore decedentium, illiusque officialium, et ser-  
vitorum Corpora sepeliri liberè ac licitè valeant, & alijs officinis necessa-  
rijs contrui, & edificari faciendi, autoritate apostolica tenore presentium  
plenam, & liberam licentiam, & facultatem concedimus; necnon in dicta  
Cappella, postquam constructa fuerit, unam Cappellaniam pro uno Cappella-  
no, qui per se, vel alium idoneum Presbiterum singulis diebus unam  
Missam inibi celebrari teneatur, eisdem autoritate, & tenore erigimus,  
& instituimus absque tamen alicujus prejudicio: ac Cappellania, & hospi-  
tali predictis pro eorum dote omnia, & singula fructus, redditus, pro-  
ventus, & alia bona ad id per ipsam Catherinam concedenda, & assignan-  
da ex nunc, pro et ex tunc, & contra perpetuo applicamus, & appropria-  
mus: & quod in Cappella, & hospitali hujusmodi singulis annis in pra-  
dicta Dominica festum quinque vulnerum hujusmodi etiam solemniter  
celebrari possit, & debeat, quodque dicti Priores pro tempore existen-  
tes, necnon unus Canonicus dictae Ecclesiae Hispalensis, vel aliqua alia  
illius persona in ecclesiastica dignitate constituta, qui, vel quae ad id  
per ipsos Capitulum eligi, seu deputari debeat, hospitalis & Cappella  
predictorum Patroni, & Governatores sint, & esse, illorumque bona  
& personas regere, & gubernare, illaque, et illas, ac Cappellaniam ipsam  
pro tempore obtinentem visitare, & corrigere, ac Cappellanos in dicta  
Cappella, ac quoscumque officiales, et servitores hospitalis hujusmodi ad  
eorum nutum deputare, ponere, & amovere liberè, et licitè possint, &  
debeant: necnon quod collatio dictae Cappellaniae, seu Cappellani ad illam  
deputatio nunc, & quoties illam processum, vel decessum, seu quamvis  
aliam dimissionem illam pro tempore obtinentem, aut eius per eosdem  
Patronos ab illa pro tempore factam amotionem, vel alias quovis modo vaca-  
re contigerit, per ipsos tres Patronos ad id simul congregatos, vel duos ex  
eis, reliquo id sciente, fieri valeat, & collatio, seu deputatio hujusmodi  
sic facta, valida, & efficax existat, ipsaque Cappellania per loci ordina-  
rium, aut quemcumque alium praeter dictos Patronos quavis etiam Sedis  
Apostolica autoritate, seu per Sedem ipsam conferri, et hospitale hujus-  
modi alicui committi, seu commendari, vel in titulum, seu administra-  
tionem

tionem concedi, aut sub quibusvis gratijs spectatiuis specialibus, vel genera-  
libus, reservationibus, commissionibus, concessionibus, et alijs dispositionibus  
per dictam Sedem sub quibusvis verborum formis, et clausulis etiam dero-  
gatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, et insolitis in qua-  
rumcumque personarum, etiam cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordi-  
nis, et conditionis existentium favorem, etiam motu proprio, et ex certa  
scientia, ac de apostolice potestatis plenitudine concedendis pro tempore  
comprehendi: et quod consanguinei, seu heredes, vel subcessores dicta Catheri-  
na, vel aliqua alia persona etiam cuiuscumque status, gradus, conditionis,  
dignitatis, et praeminentiae fuerit, etiam praetextu dotationis, et fundatio-  
nis huiusmodi, vel quacumque alia ratione, sive causa, de hospitali, et  
Cappella praedictis, ac illorum bonis, eorumque regimine, et gubernatione  
se impedire nullomodo possint, sed ipsis consanguineis, seu heredibus, ea que  
pro bono regimine, et statu dicti hospitalis expedire cognoverint eisdem La-  
tronis significare, et super hoc eorum conscientias onerare tantum liceat.  
Et insuper, quod tempore interdicti ordinaria autoritate huiusmodi appo-  
siti in eadem Cappella etiam in presentia infirmorum, officialium, et  
Servitorum dicti hospitalis pro tempore existentium submissa voce, et clau-  
sis januis, ac excommunicatis, et interdictis exclusis Missa, et alia Divina  
officia celebrari, ipsorumque infirmorum, et officialium, ac Servitorum,  
necnon quorumcumque aliorum in eodem hospitali pro tempore dece-  
dentium corpora in dicto cimiterio etiam tempore interdicti huiusmodi  
absque tamen funerale pompa, et si interdicti huiusmodi tempus non fuerit,  
cum illa absque Rectoris Parrochialis Ecclesie, vel cuiusvis alterius licen-  
tia, ecclesiastica sepultura traditi, ac Cappellaniam ipsam pro tempore  
obtinens, vel impedito, quicumque alter, qui vires suas de consensu dictorum  
Patronorum, vel maioris partis eorumdem pro tempore duxerit committen-  
das, infirmorum, officialium, et servitorum praedictorum utriusque sexus  
confessiones, quoties opus fuerit, audire, eisque, et eorum singulis absolutio-  
nem debitam, et penitentiam salutarem injungere, ac quocumque alia eccle-  
siastica Sacramenta ministrare, absque dicti Rectoris praedicti; necnon  
in articulo mortis dumtaxat quotiens illa ingruerit quamvis mors ipsa  
non sequatur, plenariam omnium peccatorum suorum, de quibus corde  
contriti, et ore confessi fuerint, remissionem, et indulgentiam concedere, eas  
que dumtaxat in vero mortis articulo huiusmodi ab omnibus eorum



peccatis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam dicte Sedis reser-  
vatis absolvere libere, ac licite valeant. Preterea, quod super Cappellania  
& hospitali predictis, seu eorum bonis aliqua subsidia, seu decima dicte  
Apostolica, vel alia quavis autoritate etiam eo quibusvis maximis, &  
argentissimis imponi non possint, nec illorum ratione pro subsidiis, aut  
decimis hujusmodi specialiter, vel generaliter pro tempore impositis, ali-  
quid solvi debeat, sed hospitali, & Cappellania predicta ab illis omni-  
bus penitus libera, et immunita perpetuo sint, et esse censeantur; et quod  
tam illa, quam Cappellanus, et omnes alij officiales, & servitores predicti,  
& eorum singuli ab omni visitatione, correctione, jurisdictione, domi-  
nio, superioritate, et quavis alia potestate Archiepiscopi Hispalensis  
pro tempore existentis, ejusque vicariorum, & officialium, ac aliorum  
Judicum ordinariorum quorumcumque penitus exempta, & totaliter  
libera existant, ac Archiepiscopus, Vicarij, officiales, & alij Judices  
presati de illis se intromittere nullomodo possint. Denique quod omnes,  
& singuli, etiam utriusque sexus, Christi fideles undecumque adve-  
nientes vere penitentes, & confessi, in sinceritate fidei, & unitate Roma-  
ne Ecclesie ac obedientia, & devotione nostra, & Successorum nostrorum  
canonice intrantium persistentes, quos in eodem hospitali pro tempore  
decedere contigerit, plenariam omnium suorum peccatorum, de quibus  
corde contriti, et ore confessi fuerint, indulgentiam, & remissionem  
consequantur. Quodque Patroni ipsius hospitalis pro tempore existen-  
tes quacumque alia statuta, & ordinationes honesta, & a sacris canoni-  
bus non deviantia super concernentibus hospitali, Capellam, Cappella-  
niam, & bona hujusmodi, illorumque regimen, & gubernationem adendi,  
& ordinandi, illaque quotiens opus fuerit casandi, interpretandi, de-  
clarandi, & alia de novo condendi plenam, & liberam potestatem habe-  
ant, autoritate apostolica, et tenore predictis statuimus, & ordinamus.  
Et demum, ut Cappella, & hospitali hujusmodi postquam constructa,  
et edificata fuerint congruis frequententur honoribus, & in eorum edi-  
ficijs reparentur, & conserventur, ac Christi fideles ipsi eo libentius  
devotionis causa confluant ad illa, & ad reparationem, & conservatioem  
hujusmodi, ac dictorum pauperum subventionem, ac alia inibi necessaria  
manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis

gratia uberius consequerint se reflectos, de omnipotentis Dei misericordia  
de Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius autoritate confessi, omnibus,  
et singulis utriusque sexus Christi fidelibus veri penitentibus, et confessi,  
qui in predicta Dominica, et veneris maioris Hebdomadae, ac Sanctorum  
Petri, et Pauli, necnon Sanctae Catharinae festiuitatibus, et diebus aprimis  
vesperis, usque ad occasum solis festiuitatum, et dierum huiusmodi inclu-  
sive Cappellam, et hospitale huiusmodi visitauerint, et ad praemissa manus  
adjuatrices porrexerint, pro singulis festiuitatibus, et diebus predictis quin-  
decim annos, et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentibus miseri-  
coraiter in Domino relaxamus, non obstantibus praemissis, ac apostolicis,  
necnon in Provincialibus, et Sinodalibus Concilijs editis generalibus, et  
specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ceterisque contrarijs quibus-  
cumque: nos enim irritum decernimus, et inane si secus super his a quo-  
quam quavis autoritate scienter, et ignoranter contigerit attentari. Nu-  
lli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, conce-  
ssionis, erectionis, constitutionis, applicationis, appropriationis, statuti, ordi-  
nationis, relaxationis, et decreti infringere, vel ei ausu temerario contra-  
ire: si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipoten-  
tis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit in-  
cursurum. Datum Roma apud Sanctum Petrum anno Incarnatio-  
nis Dominicae Millesimo, quingentesimo tertio Idibus Martij, Ponti-  
ficatus nostri anno nono. — Cassi presentada, y notificada la dha  
Bulla luego el dicho Señor Obispo en el dicho nombre pido, y requirio  
alos dhos Prior y Convento, que el dicho Prior por si, y por sus subceso-  
res los Priores que del dicho Monasterio por tiempo seran aceptase el  
derecho de Patron del dho hospital, que por el dicho N. S. P. le es  
dado, y concedido, y ficiessen, y cumpliesse todo lo que en la dicha Bulla conte-  
nido es, y asi por testimonio, y a los presentes rogo que fuesen de ello  
testigos, y luego el dho A. L. Prior con humil, y devida reverencia tomo  
ensus manos la dha Bulla Apostolica, y besola, y puso sobre su Cabeza,  
y diola, y leyola, y assi vista, y leida con consentimiento, y acuerdo del dicho  
Convento, que para ello dio su consentimiento, el dicho Prior dijo, que  
el por si, y por sus subcesores los Priores que del dicho Monasterio por  
tiempo seran de aqui adelante aceptaba, y acepta el dho patronazgo

4  
del concedido por el dicho N. M. S. D. e estaba presto, e aparejado  
de hacer, e cumplir todo aquello, que por virtud de la dicha Bulla Apostoli-  
ca le era injuncto, e de todo esto en como paso, el dicho Señor Obispo en  
el dicho nombre pidió ami el dicho Notario, que se lo diese assi por tes-  
timonio para guarda e conservacion del derecho de la dicha suparte, e  
suo en su nombre, e yo di le ende este segun, e en la manera que ante mi  
paso, que es fecho ende e quando suso dicho es. Testigos que fueron pre-  
sentes Fernando Alfonso Donado del dicho Monesterio, e frey Martin  
de Arera professo de la orden de Santo Domingo, e Ioan de Vera Lin-  
tor vecino del Lugar de Guillena para lo suso dicho llamados y especial-  
mente rogados.

Despues de lo suso dicho este dicho dia ahora de diaseras estan-  
do dentro en el Monesterio de Santa Maria delas Cuevas de la orden  
de Cartuxa extramuros de la dicha Ciudad de Sevilla, e estando ende  
el dicho Señor Obispo de Tiberia en nombre e como Procurador de la  
dicha Señora D.<sup>a</sup> Catalina de Libera por si de la una parte, e de la  
otra el <sup>de</sup> ~~de~~ <sup>de</sup> Padres el Prior e Convento del dicho Monesterio  
de Santa Maria delas Cuevas, e estando ajuntados, e llamados para lo  
de jusso escripto por son de campana segun que lo han de esso, e de costum-  
bre conviene a saber D.<sup>n</sup> Frey Thizuel de Sillarreal Prior, e D.<sup>n</sup> Ioan  
de Ladilla vicario, e D.<sup>n</sup> Ioan de Carcazona, e D.<sup>n</sup> Rodrigo de Santa  
ella, e D.<sup>n</sup> Ioan Martinez, e D.<sup>n</sup> Ioan de Sevilla, e D.<sup>n</sup> Pero Barba, e  
D.<sup>n</sup> Fran.<sup>co</sup> de fuentes, e D.<sup>n</sup> Gaspar delas Cuevas, e D.<sup>n</sup> Fernando de Ja-  
mayo, e D.<sup>n</sup> Fran.<sup>co</sup> Diaz, e D.<sup>n</sup> Ioan de Guadalcanal Procurador, e D.<sup>n</sup>  
Grabiell, e D.<sup>n</sup> Martin Pinto, D.<sup>n</sup> fernando de Aguilar, e D.<sup>n</sup> Assensio  
de Alcala, e D.<sup>n</sup> frutus de Sillagran, e D.<sup>n</sup> Geronimo, e D.<sup>n</sup> Ioan de  
Ortega, e D.<sup>n</sup> Martin de Tolosa, e D.<sup>n</sup> fran.<sup>co</sup> vezerra, e D.<sup>n</sup> Diego de Can-  
tillana, e D.<sup>n</sup> Ioan de Sadaoz, e D.<sup>n</sup> Diego de Andujar, todos frailes pro-  
fessos del dicho Monasterio, e en presencia de mi el dicho Notario, e de  
los Testigos de jusso escriptos para ello llamados, y especialmente, roga-  
dos, luego el dicho Señor Obispo en el dicho nombre presento, intimo, e no-  
tifico a los dichos Prior e Convento la dicha Bulla Apostolica desuso  
encorporada, la qual dicha Bulla assi presentada, e notificada, luego  
el dicho Señor Obispo en el dicho <sup>en nombre</sup> pidió e requirio a los dichos Prior e

Consentio, que el dicho Prior por si, e por sus subcessores. los Priores que  
 del dicho Monesterio por tiempo seran aceptase el derecho de Patron  
 del dicho hospital, que por el dicho N. M. S. L. le es dado, e concedido, e  
 ficiessse e cumpliesse todo lo al en la dicha Bulla contenido, e pidiolo assi por  
 testimonio, e a los presentes rogo, que fuesen de ello testigos, e luego el dicho P.  
 Prior con humil. e devida reverencia tomo en sus manos la dicha Bulla Apos-  
 tolica, e besola, e pusola sobre su cabeza, e diola aleyola, e assi vista e leida por  
 mi el dicho Notario ante el dicho Convento el dicho Dev. P. Prior con con-  
 sentimiento, e acuerdo del dicho Convento, que para ello dio su consentim.  
 Dijo que por si, e por sus subcessores los Priores que del dicho Monesterio se-  
 ran de aqui adelante aceptaba, e acepto el dicho Patronazgo ael concedido  
 por el dicho N. M. S. L., e estaba presto e aparejado de hacer e cumplir to-  
 do aquello que por virtud de la dicha Bulla Apostolica le era injuncto, e de  
 todo esto en como paso el dicho Señor Obispo en el dicho nombre de la dha  
 Señora D.<sup>a</sup> Catalina de Ribera pidio ami el dicho Notario que le dicesse  
 testimonio en publica forma o no, e dos o mas los que quisiesse, e en ester  
 hubiesse para guarda, e conservacion del derecho de la dicha Señora D.<sup>a</sup>  
 Catalina suparte, e suyo en su nombre, e yo dize ende este segun, y en la  
 manera que antemi paso que es fecha on de e quando suso dicho es. Testi-  
 gos que fueron presentes el Lic.<sup>do</sup> Rodrigo Romero Jurado e Decino de  
 la dicha Ciudad de Sevilla, e el dicho Frey Martin de Strera, e Frey  
 Fran. Davila, e Frey Fran. de Jaen profesores del dicho Monesterio de  
 Santa Maria de las Cuevas para lo suso dicho llamados, y especialmente  
 rogados. — E porque yo Garcia Fernandez Clerigo de Sevilla por la  
 autoridad apostolica publico Notario alo que dicho es fui presente por en-  
 de este instrumento fice escrevir, e demis acostumbrados signo e nombre  
 lo signe en testimonio de verdad requerido e rogado. —

Erratas sic corrigē. § 2-6<sup>ta</sup> = Entre Veng = S. - leare = Construi = § 3<sup>ta</sup> - Entre  
 Veng = Causis = Valga = § 4<sup>ta</sup> - Entre Vengloner = nombre = Valga

Contra corregidas erras concueada fietm. de este tratado  
 con su original q. p. este efecto me comiso el D.<sup>o</sup> D. E. Juan  
 Causon Pres. Secret. Jone oct. los pl. octas cinco liapp  
 q. llaman de la Sangre contra m. de la cur. de P. de  
 q. verdad lo formaie aet pie el Testimonio siguiente.

In Dei nomine amen. Segun quantos este publico instrumento  
vieren, como en lunes veinte dias del Mes de Marzo año del Nascim.  
del Nro. Salvador Jesu Christo de mil quinientos. etres años en este dia  
sobre dicho ahora delas quatro horas despues de medio dia. poco mas o  
menos estarran dentro en el Monesterio de San Esidro extramuros de  
la muy noble, emuy leal Ciudad de Sevilla cerca de Sevilla la vieja  
estando ende el M. P. in Christo L. e Señor D. Nro. Frey Reginaldo Do-  
mero por la gracia de Dios e dela Santa Iglesia de Roma Obispo de  
Siberia en nombre e como Procurador dela Señora D.ª Catalina de  
Libera Muger que fue del Magnifico Señor D. nro. Pero Enriquez Ade-  
lantado del Andalucía que aja Santa gloria e por virtud del poder  
que de su Señoria tiene antem el dicho Notario por si dela una parte  
e dela otra los P.ªs Padres el Prior e Convento del dicho Monesterio  
de San Esidro consiente. a saber Frey Luis de Albuquerque Prior, e Frey  
Ambrosio de ziza vicario, e Frey Pedro Melgarejo, e Frey Rodrigo de ziza  
e Frey Alfonso de Corena, e Frey Alfonso dela Barrera, e Frey Melchior  
e Frey fran. e Frey Joan dela Torre, e Frey Geronimo de Tepe, e Frey Do-  
mingo, e Frey Antonio, e Frey Ambrosio, e Frey Alfonso de San Vicente  
e Frey Andres, e Frey Eusebio y Frey Pedro de Ampudia, e Frey Mar-  
tin, e Frey Rodrigo, e Frey Joan dela Magdalena, e Frey Marcos, e Frey  
Diego, e Frey Alfonso, e Frey Joan de Linete, e Frey Pablo, e Frey Thomas  
todos Monjes professos del dicho Monesterio estando ajuntados ensu  
Capitulo y llamados paralo de jusso escripto a Convento por son de can-  
pana segun que lo han de esso e de costumbre en presencia de mi el  
Notario publico apostolico, e de los Testigos jusso escriptos para ello llama-  
dos y especialmente rogados luego el dicho Señor Obispo en el dicho nom-  
bre presento, intimo e notifico a los dichos Prior e Convento del dicho  
Monesterio de San Esidro una Bulla Apostolica de N. M. P. Padre  
Alexandro Sexto moderno escrita en pergamino y en lengua latina y  
bullada con la verdadera Bulla de plomo del dicho N. M. P. L. pen-  
diente en filos de seda azules segun costumbre desu Corte Romana  
verdadera sana entera, no rota ni chancelada mas de todo vicio e sos-  
pecha careciente segun por la dha Bulla parescia el tenor dela qual  
es este que se sigue. — Alexander Episcopus servus servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam. honestas fidelium praesertim nobilitate generis  
pollentium votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportu-  
nis; dudum siquidem pro parte dilectae in Christo Filiae nobilis mulieris  
Catherinae de Libera relictae quondam Petri Enrriquez Præsidis Adelan-  
tado nuncupati de Murcia domicelle in Civitate Hispalensi commoran-  
tis nobis exposito, quod ipsa Catherina fervore devotionis accensa, cu-  
piensque terrena in caelestia, et transitoria in aeterna felici commercio  
commutare, desiderabat in Civitate Hispalensi, ad quam ex diversis  
Mundi partibus magna indies fidelium confluebat multitudo, de bonis  
sibi a Deo collatis unum hospitale pauperum construere & edificare facere,  
illudque competenter dotare: nos ipsius Catherina in ea parte supplica-  
tionibus inclinati, sibi in aliquo loco ad id commodo, & decenti infra  
limites Parrochia Collationis nuncupate Parrochialis Ecclesiae Sancto Ca-  
therinae Hispalensis unum hospitale pauperum sub quinque vulnerum Do-  
mini Nostri Iesu Christi, in quo pauperes, & aliae miserabiles personae be-  
nigne recipi, & charitative tractari, infirmi que curari, et eis in eorum  
necessitatibus subveniri possent, cum una Cappella sub invocatione praedicta,  
ac campanilli humili, campana, & cimeterio, in quo infirmorum  
& aliarum personarum in eodem hospitali pro tempore decedentium, illius-  
que officialium, & servitorum corpora sebetiri libere, et licite valerent, &  
alijs officinis necessarijs construendi, & edificandi per alias nostras litte-  
ras licentiam, & facultatem concessimus, necnon in dicta Cappella una  
Cappellaniam pro uno Cappellano, qui perse vel alium idoneum Presbiterum  
singulis diebus unam Missam inibi celebrare teneretur, ereximus,  
& instituimus absque tamen alicuius prejudicio, ac Cappellania, & hospi-  
tali praedictis pro eorum dote omnia, & singula fructus, redditus, &  
proventus, & alia bona ad id per ipsam Catherinam concedenda, & assignanda  
ex tunc pro et ex eadem die, et e contrario perpetuo applicavimus,  
& appropriavimus, & quod in Cappella, & hospitali huiusmodi singulis annis  
in die Dominica Pasche Resurrectionis eiusdem Domini Nostri Iesu  
Christi immediate sequenti, quae in albis dicitur, festum quinque vulne-  
rum Christi huiusmodi etiam solemniter celebrare posset, et deberet,  
quodque Monasterium Sancti Ieronimi per Priorem solitum gubernari,  
& Domus Beato Mariae delas Cuevas extramuros Hispalense

fratrum eiusdem Sancti Ieronimi Cartusien<sup>sis</sup> Ordinum Priores pro  
tempore existentes, et unus Canonicus Ecclesie Hispalensis, vel aliqua alia  
illius persona in ecclesiastica dignitate constituta, qui, vel que, <sup>radita</sup> per dilec-  
tos filios dicta ecclesie Hispalensis annuatim erigi, et deputari deberent,  
hospitales et Cappella predictorum Patroni, et Gubernatores essent, et esse,  
illorumque bona, et personas regere, et gubernare, illaque, et illas, ac Ca-  
pellaniam predictas pro tempore obtinentem visitare, et corrigere, ac  
Cappellanum in dicta Cappella, et quoscumque officiales, et Servitores hos-  
pitalis huiusmodi ad eorum nutum deputare, ponere, et amovere libere  
possent, et valerent: necnon quod collatio dicta Cappellania, seu Cappel-  
lani ad illam deputatio tunc, et quotiens illam per cessum, vel decessum,  
seu quamvis aliam dimissionem illam pro tempore obtinentis, aut eius  
per eosdem Patronos ab illa pro tempore factam amotionem, vel alias quo-  
vis modo vacare contingeret per ipsos tres Patronos in simul congregatos, vel  
duos ex eis reliquo absente fieri valeret, et collatio, seu deputatio huiusmodi  
sic facta, valida, et efficax existeret, ipsaque Cappellania per loci Ordina-  
rium, aut quemcumque alium preter dictos Patronos quavis etiam Se-  
dis Apostolice autoritate, seu per Sedem ipsam conferri, et hospitale huius-  
modi alicui committi, seu commendari, vel in titulum, seu administra-  
tionem concedi, ac sub gratijs, expectativis specialibus, vel generalibus reser-  
vationibus comprehendere, et quod consanguinei, seu heredes, vel subcesores  
dicta Catherina, vel aliqua alia persona etiam cuiuscumque status, vel  
conditionis foret, etiam preteatu donationis, et fundationis huiusmodi,  
vel quavis alia ratione, seu causa de hospitali, et Cappella predictis, ac  
illorum bonis, eorumque regimine, et gubernatione se impedire nullomodo  
possent, sed ipsius consanguineis, seu heredibus ea, que pro bono regimine  
et statu dicti hospitalis expedire cognoscere eisdem Patronis significare,  
et super hoc eorum conscientijs honorare, tamem liceret, inter alia sta-  
tuimus, et ordinamus, pro ut in eisdem litteris desuper confectis plenius  
continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte Alcte Ca-  
therina petitio continebat, prefati Capitulum unum Canonicum, seu  
aliam personam in dignitatem constitutam huiusmodi annuatim eligendi,  
et deputandi, ac promissa una cum dictis Prioribus exequendi accepta-  
re recusaverint, pro parte prefata Catherina nobis fuit humiliter sup-  
plicatum, et ne pia eius ordinatio huiusmodi propterea impediatur,


Loco Canonici seu persona per Capitulum eligenda huiusmodi, Priorem  
Monasterij per Priorem solite gubernari Sancti Isidori, ordinis Sancti Be-  
roni, & diocesis predictorum deputare alias que in premissis opportu-  
ne providere, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur prefatam  
Catherinam a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijs  
que ecclesiasticis sententijs, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis  
occasione, vel causa latis, si quibus quomolibet innodata existit, ad effectum  
presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolu-  
tam fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Priorem Monas-  
terij Sancti Isidori pro tempore existentem, loci Canonici, seu persona in  
dignitate ecclesiastica constituta per Capitulum eligenda huiusmodi apos-  
tolica autoritate tenore presentium deputamus, ac litteras predictas va-  
lere decernimus in omnibus, & per omnia per inde ac si in illis Patro-  
ni, & gubernatoris hospitalis, & Cappelle, & aliorum premissorum exe-  
cutoris non Capitulum, seu deputandus ab eis, sed Prior Monasterij  
Sancti Isidori huiusmodi una cum alijs duobus Prioribus deputatus fui-  
sset. Necnon prefate Catherine, ut dictam Cappellam postquam cons-  
tructa fuerit, si adhuc constructa non sit, per quemcumque Antistite,  
gratiam, & communionem dicte Sedis habentem, consecrari, ac cimite-  
rium benedici facere possit, licentiam eadem autoritate concedimus,  
non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon  
omnibus illis, que in dictis litteris volumus non obstare, ceterisque  
contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc  
paginam nostre absolutionis, deputationis, constitutionis, & concessionis  
infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attempta-  
re presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Pe-  
tri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum  
Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice  
Millesimo, quingentesimo secundo, Sexto Kalendis Decembris  
Pontificatus nostri anno undecimo. D. De Valeoleti. — Cassi presen-  
tada, e notificada la dha Bulla apostolica desuso incorporada  
luego el dicho Señor Obispo en el dicho nombre pido, & requirido





Concuerdan estos dos tratados con sus Originates q' entre  
qui a et de Lo B. D. Juan Cameron Puertorrico y p. q' de  
Ynoy otro contra sea verdaderos, lo signe y firme por cuenta  
la diez y seis de Sept. de mil setecientos y treinta y tres

Enteñimonios  a Verdades

Salvo Ant.  
Branco y Suarez   
A. App. co



J. C. H.

